



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Antiochiæ ædificiis, & illorū cōditoribus. Cap. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

coeperat, sed vsque eo sensim languescere & remittere videbatur quoad penitus extincta esset.

De Antiochia & disciis, & illorū cōditoribus. Cap. XVIII.

E Ad répestate Ménonius, Zoilus, & Calixtus, viri propter accuratā nostræ religionis obseruationē præstabiles, à Theodosio ad magistratus Antiochiæ gerēdos missi fuerūt. Ac Memnonius quidē locū illū, qui à nobis Psephiū appellatur, à primis fundamentis magnificè & artificiose extruendum curauit, atrio, quod libero cœlo patebat, in medio relicto. Zoilus autē regalē porticū (hoc quidē nomine etiā nostra ætate quāuis multis variatus ædificiis, nuncupatur) qui ad australe latus tecti palatij quod Ruffini nomē obtinet spectat, exædificauit. Quinetiā Calixtus magnificū & illustre ædificiū, quod tum à veteribus, tū ab huius ætatis hominibus porticus Calixti dicit, ante sedes, quæ ad exercendū iudiciū positæ sunt, è regione fori (in quo pulcherrima domus est, quæ præfecti p̄fidiorū incolere solēt) extruxit. Post istos, Anatolius rufus, qui ordinibus in oriente militiā exercētibus p̄ficiēbatur, eō missus porticū ipsius nomine appellatā ædificauit, eamque varia exornauit materie. Ista quidē, licet à proposito videantur aliena, sunt tamen studiosis nō inelegantia ad cognoscendū.

De bellis variis tum in Italia, tum Perside regnante Theodosio susceptis. CAPVT XIX.

Regnante itē Theodosio, crebræ in Europa seditiones conflatæ, idque dum Valentinianus Romæ imperabat: quas Theodosius, ingentibus copijs & exercitū pedestri, tum nauali, terra marique emissis, adeo penitus repressit. Atque eo pacto etiā Persarū euicit furorem, quorum rex tū fuit Isdigerdes, pater Bararanis, vel vt Socrati placet, ille ipse Bararanes) & missis ab illis de pace legatis, pacem eis concessit: quæ ad duodecimum annum imperij Anastasij cōtinuata est. Quæ res cum ab alijs scriptoribus cōmemoratæ sunt, tum ab Eustathio Syro ex Epiphano valde scitè & eleganter compendio quodam explicatæ, qui quoque scribit, quo pacto Amida capta fuerit. Eodem tempore claudianum & cyrum, poetas hominum fama celebratos ferunt. Ac Cyrum primarium præfectum

Ff 4 quem ma-